

lat. *stagnum*, cymr. *taen* „consersio“ < **tag-nā* (Hofmann s. v. *σταγών*) ortae sunt. Indidem nomen *Tegeae* (*Τεγέα*) oppidi derivatum esse iudico, cf. Pausanias's Description of Greece by J. G. Frazer, vol. IV (1913), 420: „The swamp (!) or lake of *Taka* . . . receives all the waters of the south part of the plain of Tegea and discharges them through a great chasm (*katavothra*) at the foot of Mt. *Kravari* . . . After the drought and heat of summer the canal, like the swamp (!) itself, occasionally runs dry and its bottom presents merely a slough of fetid mud. Pausanias imagined that the water which disappears down this cavern in the face of Mt. *Kravari* reappears at the springs of *Franko-vrysi* near Asea . . .“ Quam ob rem *Τεγ-έα* *stag-num* significat. De suffixo *-έα* vide PWRE V A 107, 6 ss.

Ljubljana.

M. Grošelj.

DE VOCE QUADAM LYDIA

Hesychius (ed. Latte, Hauniae 1953) vocem lydiam *ἄρρηρον* ὁ δίσκος, *ἄρῃ* *Λυδῶν* tradidit, quae, quod sciam, adhuc obscura est. Quae primum quidem cum toch. AB *yerpe* „disque“ (Windekens, Lexique étym. des dialectes tokhariens, Louvain 1941, 169) coniungenda et e stirpe i.-e. **erbh-* derivanda videtur. Toch. *y-* nisi ante *e-* indoeuropaeum oriri non solere Windekens, l. c. XXXVII et XXXIX docet. Idem vir doctus vocem tocharicam voci graecae *ἄρρηλος* „tranchet rond“ propinquam putat ita tamen, ut stirpem **erb-*, non **erbh-* subesse censeat. Deinde vocem lydiam cum vocibus lat. *orbis*, umbr. *urfeta*, qua vel orbis vel orbita vel rota designatur (cf. Devoto, Tabulae Iguvinae², 1940, 366), arte coniunctam statuemus.

Atqui inter vocabula, quibus res *convexae* et *concavae* significantur, minimum interesse multis exemplis demonstrari potest. Quam ob rem voces lyd. *ἄρρ-υρόν*, toch. *yerpe*, lat. *orbis*, umbr. *urfeta* cum voce lit. *ürbinti* „mit dem Pfriemen ein Loch machen“, *ruobti* „aushöhlen“ aliis, quas Pokorny 333 producit, coniunctas easque propter lyd. *ἄρρ-*, umbr. *urf-* non ex **ereb-*, ut Pokorny l. c. dubitans coniectat, sed ex **erebh-*, **orobh-*, **röbh-* derivatas esse iudicabimus. Quodsi radix **erebh-* erat, *ἄρρ-ηλος* et *ἄρρ-έλη* „chaussure forte pour la chasse, la campagne; empreintes faites dans le char et destinées à recevoir les pieds du conducteur“ propter *-β-* voces graecae genuinae esse non possunt, sed ex aliqua lingua non graeca in linguam graecam se insinuaverunt. Quod factum esse eo firmiter asseveraverim, cum nomina, quibus calceamenta intelleguntur, saepe originem extraneam eamque Asianam prae se ferant, ut ex vocibus *περσικά*; — *σάκχοι* *ὑποδήματα* *Φρόγια*; — *κόθορονος*, quam Hofmann s. v. *Lydis* cunctabundus tribuit, perspicuum est.

Ljubljana.

M. Grošelj.